



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

18. [i.e. 8.] Dies Septemb. Patientes propiè dicuntur; qui malunt mala, non committendo, ferre; quàm, non ferendo committere. S. August. lib. de patient. cap. 5.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Septemb.

Tessera.

709

malæ malè videntur : appetitum sese ad infima pro-
jiciantem heroicè sic moderabere : ut non modò iis ,
quæ abblandiuntur , non abripiatur : sed etiam iis ,
quæ minantur , tanquam inanibus spectris non ab-
sterreatur. Obvium te malis opponito : eò securior ,
quò tutior , ac certior , excelsum animum , nulla re ,
nisi à seipso lædi posse. Sic fiet , ut animi tui sere-
nitas , nec secundis , nec adversis interturbetur. Ma-
gnanimitatem è tui cognitione depromito : & per
publicam viam , ex Pythagorico præcepto , ne ito. Ad-
mirantur cæteri hominum honores , dignitates , im-
peria ? Tu ea , tanquam animi tui celsitudine longè
inferiora contemnit. Inhiant alii ingentes auri acer-
vos ? Tu oculo intorto ne spectato quidem. Fu-
giunt alii velis , remisque pauperiem ? Tu nihil ani-
mo timens , ultrò eam amplexato. Sævam minitan-
tis fortunæ tyrannidem horrent ? Tu , quæcunque
terricolamenta ingesserit , interitus excipito , inspici-
to ; bona sunt , mali specie personata. Hic mundus ,
est quasi umbra arboris : sub qua in transitu meridio-
nantur viatores , post tantisper refectas vires , absces-
suri. Sicut igitur , improvidè quis sub patulæ fagi te-
gmine habere domicilium deligat : ita stultè optet
fortunæ bona , conditione suâ fugacia , æternam sta-
bilitatem alicui habere. Memineris ergò illius :

Tecum nihil feres: licet omnia solus haberet.

18. DIES SEPTEMB.

Patientes propriè dicuntur ; qui malunt mala , non
committendo , ferre ; quam , non ferendo com-
mittere. *S. August. lib. de patient. cap. 5.*

Yy 3

I. Pa-

Patientia, tam est in omnibus necessaria omnibus: ut etiam, ut ad legendum hunc tam contrarium tractatum de Patientia,

pus sit adhibere patientiam. Sicuti nihil est homini familiarius, quam pati: Sic nihil magis necessarium, quam patientia. Non inquiūs nobiscum actum, quam cum feris. Aper, hederam suam habet, draco silvestrem lactucam: anguis, marathum: aliis: vicinior medela data est, ipsa membra: cani vulnerata, ipsa lingua, est balsamum. Hominibus commune pharmacum est, patientia, & silentium. Magnum malum est, non posse pati mala. Compendio tamen ab omnibus se malis, quae patitur, expedit, qui facultulit: hic palmam de omnibus retulit. Quod patientia necessarium, hoc sit voluntarium, & nihil patientia. Manus, pedes, artus reliqui, suis potius deficiunt manus, quam stupidi, patiendo reddantur. Scitè Herodes Sophista dum podagrā, & chiragrā laborabat: Cùm, inquit, edere oportet, manus non habeo; oportet progredi? non sunt mihi pedes: oportet dolere? tunc & manus mihi sunt, & pedes. Ita integri ad patientium semper sumus. Tot porro, ac rante sunt; quas patiuntur calamitates; ut teste Demetrio, ipse nobis dominentur: (a) *Calamitates*, inquit, hominibus imperant; & non homines calamitatibus. Itemq; S. Hieronymus: *A cunabilis Ecclesia non defuit iniquitas premeens, & Justitia patiens.*

II. In medullas cordis demittenda vox Thematitæ. (b) *Homo nascitur ad laborem, & avis ad volatum. Intuete, quid desit avibus ad volatum: tota ia* hoc

(a) *In Epist.* (b) *Job. 5.7.*

emb.
pūs n-
m, v-
contra
tiā, o-
homini
arium,
actum,
draco-
s: vio-
erato,
mune
agenum
ramen
i facile
pati, el-
tretur,
at mu-
Hero-
rabat:
eo; o-
et do-
ntegri
ranta
etrio,
hom-
tempi
uiim-
ema-
vola-
cta ia
hoc

Septemb.

Tessera.

711

hoc positæ sunt; rostro acuto, ut scindant, prora loco aërem, alarum remigibus actuosæ; oblongioribus suo ordine pennulis, ex utroque instructæ latere, veluti transtris; cauda, clavi instar est, quâ gubernantur & flectuntur pedibus collectitiis, digitis sparsis, unguibus aduncis; quibus, tanquam anchoris aptè hærent suis portubus, id est, ramis. Non minus homo devotus labori nascitur: Circumspice totum; nihil notabis deesse, ut patiatur: etsi multum ei desit Patientia. Tota hominis conditio in hoc videtur affabré elaborata; ut pati possit: non instrutus pennis, ut volet; & è miseriis evolet, ut avis: sed egenus, infirmus, nudus, exermis. Id interest, quod avi deesse possint instrumenta volandi, non homini tolerandi. Cervo, currere deficiet; lupo prædari; leoni timere: non homini, posse pati. Vitæ humanæ primitiæ, sunt lachrymæ. Non ante nascitur homo, quam patitur; quia gemit, dum oritur. Primum igitur lucis tributum, pati est: inde per reliquas ætates, pendenda suæ miseriæ vestigalia. Ferat igitur adulatus, quod infans tulit; nec pudeat consecrationis suæ, qui non priùs sentit lucem, quam laborem. Pati est homini, primum quod docetur; ultimum quod dedocetur.

III. Cave igitur, tua impatientia fias palea, omni vento afflictionis agitata. Ex palea fit fimus, aut fumus; dum vel putredine consumitur, vel igne comburitur. Sed esto, ut arbor altè radicata; quæ ventorum turbine magis firmatur, quam debilitatur. Adversa si advenerint, cupias; si supervenerint; sustineas. S. Ambrosius, vineam inducit suis plagiis fœ-

Yy 4

cun-

712. *Christiani Militis.* Septemb.
frēcundiōrem, putatiōne lātiōrem: (a) Ut vinea, du-
jugatur, erigitur: s̄ recisa non minuitur, sed augen-
ta sancta plebs dum ligatur, exstruitur: dum humba-
tur, attollitur: dum reciditur, coronatur. Cassiodor
aurum profert ad generosam patientis animam
corandam; de qua dici potest, quod de metallo pe-
tioso: purior est, dum arserit: potior dum decoxis-
tus. Eandem quoque rem, docto penicillo expressit
bas Cellensis Petrus: Cholerica, & celestis complan-
tua, suis passionibus hilarescit: suis congelationibus frig-
descit: suis eversionibus concrescit: suis aggritudinib-
convalescit: suis contrariis infortuniis fortior & aust-
erior eritescit. Et paulò post: Ecce caminus, sed non
met aurum: Ecce mare, sed supernatūl oleum: Eu-
malleus, sed non frangitur adamas: Ecce ventus, sed
mons Sion non commovebitur: Ecce p̄ulum, sed ma-
tenet gladium. Denique pateris mala vel bonus, &
malus: si bonus, erit ad cumulum gloriae; si malus, &
libenter pateris, erit ad solutionem debiti. Quide-
gè superest, quām ut tibi pro more accinam:
Non animo iristi, fer paenam quam meristi.

9. DIES SEPTEMB.

Hoc solatium est vāsti doloris; quod necesse est, de-
finas illum sentire; si nimis senseris. *Seneca*
pist. 78.

Constan-
tia.

Spectabilem se præbet una è Specie
statissimis fortitudinis pedestribus
quis, Constantia: cui proprium
est in omni calamitate; & va-
riissimo quoque seu corporis dolore, seu animi
malo-

(a) *I.q.in Lue.* (b) *I.q.Epist.2.*